

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Nilus Mysticus Profluens Ex Paradiso Voluptatis, Sive Doctrinae Ad Mentem Scoti Theologicae, Ac Per Duodecim Alveos Regios In Flumen Magnum Serenissimae Marchionum Badensium Genealogiae Sese ...**

**Stümmel, Friedrich**

**Fulda, 1673**

Poloniae

[urn:nbn:de:bsz:31-11315](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-11315)

*Serenissima Domus Badensis origo ex  
Antiquissimis Regibus.*

P O L O N I Æ.



BOLESLAUS I.

**M**ieslai Polonorum Monarchæ Filius, ab Othone III. Romanorum Imperato-  
re Rex declaratus, & Gnesnæ Anno Christi 1001. Solenni more coronatus,  
decessit post multa præclara facinora, Anno 1025. Vxor Iuditha Geysæ Hungarorum  
Principis Filia.

Mieslaus Rex Poloniæ,

Boleslai I. filius, obiit Anno 1034. Uxor Richsa Princeps Palatina Rheni.

Casimirus I. Rex Poloniæ,

Mieslai Filius, decessit Anno 1059. Uxor Wlodomari Principis Rutheni filia.

Vladislaus Primus Rex Poloniæ,

Casimiri I. filius, obiit Anno 1102. Uxor Juditha Princeps Bohæmiæ.

Boleslaus Criuouftus Dux Poloniæ,

Uladislai I. Regis Filius, decessit Anno 1139. Uxor Adalais Henrici IV. Rom. Imperatoris filia.

Casimirus Dux Masoviæ,

Boleslai Criuousti Filius, obiit non sine suspitione propinati Veneni Anno 1194. Uxor Helena  
Belfensium Princeps.

Conradus Dux Masoviæ & Cuiaviæ,

Casimiri Filius, decessit Anno 1247. Uxor Agatha Princeps Russiæ.

Zenovitus I. Dux Masoviæ,

Conradi Filius, à Ruthenis Captus & Capite plexus interiit Anno 1262. Uxor incomperta.

Boles-

Boleslaus Dux Plocensis in Masovia,  
Zemoviti I. Ducis Filius, obiit in exilio, Anno 1313. Uxor Precislava Troczeni Lithuaniz Ducis Filia.

Zemovitus II. Dux Masoviz,  
Boleslai filius, obiit unico procreato Filio.

De Vxore non constat.

Zemovitus III. Ethnarcha totius Masoviz,  
Zemoviti II. filius, decessit Anno 1381. Uxor Anonyma Ducissa Oppaviz.

Zemovitus IV. Dux Plocensis in Masovia,  
Zemoviti III. filius, obiit Anno 1426. Uxor Alexandra Soror Jagelonis Regis Poloniz.

Cimburgis Ducissa Masoviz,  
Zemoviti IV. & Alexandræ filia, nupta Ernesto Ferreo Archi-Duci Austriaz, Friderici IV. Imperatoris Genitori.

Catharina Archi-Ducissa Austriaz,  
Ernesti Ferrei & Cimburgis filia, Friderici IV. Romanorum Imperatoris Soror, nupta Carolo Bellatori Marchioni Badensi Anno 1446.

Christophorus Marchio Badensis,  
Caroli Bellatoris & Catharinæ Austriacæ filius, obiit Anno 1527. Uxor Ottilia Comitissa Car-  
timeliboci.

Ernestus Badensis,  
Marchio Durlacensis in Pfortzheim, Christophori filius, decessit Anno 1553. Uxor Elisabetha  
Friderici Marchionis Brandenburgensis filia.

Carolus Marchio Durlacensis,  
Ernesti in Pfortzheim Filius, obiit Anno 1577. Uxor Anna Ruperti Comitis Palatini in Lau-  
terreck filia.

Georgius Fridericus Marchio Durlacensis,  
Caroli filius, decessit Anno 1638. Uxor Juliana Ursula Friderici Rheingravij Filia.

Fridericus Marchio Durlacensis,  
Georgij Friderici Filius, obiit Anno 1659. Uxor Eleonora Alberti Othonis Comitis Solmen-  
sis filia.

## BERNARDUS GUSTAVUS

S. R. Ecclesiz Cardinalis, S. R. Imperij Princeps, Inclytæ Ecclesiz Fuldensis  
ABBAS, Augustæ Roman. Imperatricis Archi-Cancellarius, per Germaniam & Gal-  
liam Primas &c. Marchio Badensis & Hochbergensis in Durlach &c. Eccl. Ducalis  
Campidonensis Administrator, & Coadjutor liberæ seu immediatæ Abbatiz & Ec-  
cles. Syburgensis, Landgravius in Saufenberg, Comes in Sponheim & Eberstein,  
Dominus in Röteln, Badenweiler, Lahr & Malberg, Metropolitanæ & Cathedralis  
Eccl. Colonensis & Argentinensis respectivè Canonicus & Capitularis, &c.



SERENISSIMA DOMUS BADENSIS AGNATO ANTIQUISSI-  
 morum Poloniae Regum sanguine sublimata, non alios solum, sed & seipsam, ut in inclytis  
 exemplis BB. Gebhardi Bernardi, & Hermannii Marchionum Badensium vide-  
 re est, ad caelestia dirigit, & cultum Deo debitum in Aquila  
 symbolicè edisserit.

**A**quilam sequere: & nubes transcendes, non Icarjjs, non Phaëthontis alis; sed ejus, qui dixit: nil  
 humana moror dum super altra feror; scilicet quomodo Aquila irretortis oculis contemplatur  
 solem, in quo symbolicè virtutem Religionis, qua aciem in Deum dirigit, explicari non dubites; ita  
 virtute hac alioquin pauper, solà dives Aeterna gloria solem tibi propinquum reddes, hac siquidem Deus  
 tanquam omnium rerum principium, colendus. 1. Hujus objectum materiale est cultus & honor  
 DEO exhibendus. 2. Formale vero eorum honestas & convenientia ex dictamine recte rationis de DEO  
 cum animi submissione ac dilatatis animi spatijs honorando. 3. Objectum Cui est DEUS ipse: 4. Ra-  
 tio propter quam Deus est objectum Cui, est Dei Excellentia, in hoc maximè sita, quod rerum omnium  
 sit primum Principium. 5. Et ut tale Deum colere debemus. 6. Cultus, quo sancti coluntur ob virtutes  
 sibi intrinsecas velut motivum, non procedit à virtute Religionis, sed à dulia: 7. Talis cultus non est tamen  
 planè civilis, sed implicite resultans in honorem Dei, cui honorificum est, quod sui Ministris sic honorentur.  
 8. Cultus Sanctorum ob Divinam Excellentiam ipsis applicatam, procedit à religione, uti amor proximi  
 propter DEUM à virtute charitatis divinae. 9. Pro omnibus Viatoribus justis & peccatoribus, paganis,  
 schismaticis &c. (exceptis denunciatis & publicis Clerici percussoribus in orationibus publicis) & inimicis  
 orandum est. 10. Ad horas canonicas obligantur Beneficiarij. 11. Clerici Sacrorum Ordinum. 12. Re-  
 ligiosi utriusq; sexus ad chorum professi. 13. Deduta opera indifferenter officium mutare pro officio illicitum  
 est. 14. Votum est promissio DEO facta. 15. De nunquam peccando venialiter irritum est. 16. Sicut  
 & ex gravi metu injustè incusso. 17. Votum reale, secus est de personali, heredem obligat voventis. 18.  
 Vota Religiosi, prater votum Strictioris Religionis à Superioribus irritari possunt, sicut & uxoris à marito,  
 impuberum à Patre, vel patriam potestatem habente, imò & puberum, quatenus respectiva disciplina &  
 patris potestati, vel familiae, item prolihus & rei familiari obsunt. 20. Quilibet propria auctoritate licite  
 commutat votum in id, quod omnibus consideratis est melius. 21. Potestatem dispensandi in votis  
 à Christo esse concessam Ecclesiae, est de fide. 22. Eaq; principaliter, & de jure divino competit Summo  
 Pontifici. 23. Jure ordinario item competit Episcopis respectu suorum Subditorum. 24. Qui  
 tamen non possunt dispensare in votis Papae reservatis; qualia Stylo Curiae potius, quam jure scripto quinq;  
 censentur; nempè votum Castitatis perpetuae, votum Religionis approbatae, votum peregrinationis ad limina  
 Apostolorum, ad S. Jacobum & Hierosolymam, in quibus tamen consuetudini deferendum censemus. 25.  
 Juramentum, quod est DEI invocatio in Testimonium veritatis rei, qua affirmatur seu negatur, si debitis  
 sit circumstantijs vestitum, licitum esse, est de fide. 26. 3. debet habere comites, ut fiat in veritate, in judi-  
 cio & justitià. 27. Ex parte modi dividitur in solemne & simplex, in judiciale & extrajudiciale, abso-  
 lutum & conditionatum, in contestatorium, ut cum DEUS in Testem invocatur, ut testor DEUM, juro  
 per DEUM, & Execratorium, quod est, cum Contestario superadditur poena imprecatio, ut DEUS  
 mihi salutem aeternam neget, nisi quod per DEUM juro verum est. 28. Ex parte rei juratae, juramen-  
 tum aliud est assertorium, aliud promissorium, quibus adde comminatorium, quod cum sit promissio jurata  
 de poena alteri infligenda, ad promissorium revocari potest, ita comminatorium & promissorium qua tale ab  
 assertorio distingue, sicut execratorium à contestatorio. 29. Mortaliter peccat jurans, quod servare non in-  
 tendit, sitq; perjurus, si juramentum cadit super promissionem. 30. Juramentum extortum per vim & me-  
 tum, sive levem sive cadentem in constantem virum, dummodo caetera adsint, obligat, nisi extrahat rem pro-  
 missam & juratam à ratione boni & ab actu virtutis. 31. Obligatio inducta cessat mutatione materiae,  
 condonatione, commutatione inducenda cessat per legem positivum. 32. Sacrificium est actus Religionis,  
 ac oblatio rei sensibilis cum sui mutatione facta in ordine ad DEUM significans ejus Excellentiam ac su-  
 premum Dominium cum subjectione creaturae ad ipsum. 33. In Missa offertur verum & proprie dictum,  
 DEOq; gratissimum sacrificium. 34. Ejus essentia consistit in consecratione. 35. Hostia, qua offertur  
 in hoc Sacrificio, Christus est. 36. & idem est offerens principalis. 37. Sacerdos etiam hereticus, si servet  
 intentionem Ecclesiae, quamvis habeat particularem ex errore valide conficit & offert Sacrificium. 38. Hoc  
 Sacrificium est propitiatorium pro peccatis, impetratorium & satisfactorium pro poena temporali. 39.  
 Offertur fructuosè pro vivis & defunctis. 40. Valor illius non est infinitus cathegorematicè. 41. Sacer-  
 dos absq; peccato mortali sine sacris vestibus nequit hoc Sacrificium peragere. 42. In Canone Missae pro  
 Antistite celebrantis orandum est. 43. Abbas Fuldenfis & similes, qui habent propria territoria ac in ijs  
 jurisdictionem quasi Episcopalem, suntq; nullius Diocesis in Canone nominandus est. 44. Ad essentiam  
 Religionis perfectae & completæ requiruntur tria Vota perpetua, Paupertatis, Castitatis & Obedientiae, uti  
 & approbatio Ecclesiae. 45. Fratres Minores vi regula specialiter tenenter vitare immunditiae incentiva,  
 quod omnibus vi voti commune est, sed etiam, quidquid solam impudicitiae suspensionem in alio generat. 46.  
 Altissima paupertas Fratrum Min. omne excludit Dominium rei tam immobilis, quam mobilis, tam in  
 communi, quam in particulari. 47. Proprietas est peccatum Sacrilegij, insuper & furti, si rem teneat in vi-  
 to Domino, si consentiente Pralato, furtum quidem, non sacrilegium committet.

Votum.

Jura-  
mentum.

Sacrifici-  
um.

Status  
Religio-  
sus.

H

Sere-